Athos: mons	51	0	40	10	¶ Ex mauritania:				
Limnos: insula	52	20	40	30	Tizis cesarea: ciuitas	6	30	35	30
Seyros: insula	54	0	39	0	Atlas minor: mons	6	0	35	20
¶ Ex Epiro					Atlas maior: mōs	8	70	26	30
Aroceraunia: mōtes	44	10	39	10	¶ Ex minore Africa				
Butrotum: ciuitas	45	30	38	20	Utica ciuitas	32	0	32	30
Acheron: fluuius	47	10	38	20	Lirna mons	33	0	30	0
Ambracia: ciuitas	48	0	38	10	Carthago: ciuitas	34	30	32	40
Actium: ciuitas	48	15	37	30	Syrtes parue	38	30	32	0
Leucas: promontoriū	48	20	37	40	Triton: palus	38	40	29	40
Achelous: fluuius	48	30	37	30	Ammons: ciuitas	42	0	32	40
Tracha: insula: i qua et ci-					Syrtes magne	43	10	31	0
uitas eiusdē est noia	48	0	37	20	Lirene: ciuitas	50	0	31	20
¶ Ex Achaia					¶ Ex Egypto				
Calidon: ciuitas	49	0	37	40	Alexandria: ciuitas	60	30	31	0
Leuenus: fluuius	49	0	37	30	Lanopus: ciuitas	60	30	31	11
Pyrra: mons	50	0	37	30	Aliprimū hostiū	60	30	31	1
Pythia: ciuitas	50	30	37	30	Secundum hostiū	61	30	31	1
Delphi: ciuitas	50	0	37	40	Tertium hostiū	61	30	31	1
Parnasus: mons	51	0	37	30	Quartū hostiū	62	30	31	10
Thespie: ciuitas	51	20	37	40	Quintum hostiū	62	30	31	10
Orchomenus: ciuitas	51	20	37	40	Sextum hostiū	63	1	31	10
Cytheron: mons	52	30	37	40	Septimū hostiū	63	15	31	10
Elensis: ciuitas	52	20	37	10	Dionysia: ciuitas	60	30	23	0
Athene: ciuitas	52	30	37	10	Mempis: ciuitas	61	30	29	30
Megare: ciuitas	52	0	37	20	Hermis: Mercurij				
Marathon: ciuitas	53	10	37	10	Trisnegisti: ciuitas	61	40	28	20
Afopus: fluuius	53	30	37	40	Melyopolis: ciuitas	61	30	29	30

Nomina	Longitudo		Latitudo		Nomina	Longitudo		Latitudo	
	°	'	°	'		°	'	°	'
Thēbe: ciuitas	62	30	25	30	Tharſos: ciuitas	67	40	36	30
Siene: ciuitas	62	0	29	20	Termodoon: fluui ⁹	67	0	43	15
C E r m i n o r e a s i a					Tanais fluuius	67	0	54	30
Abodus: ciuitas	55	20	41	15	Phaſis: fluuius	72	30	45	0
Simois: fluuius	55	20	41	10	Colchis: inſula	75	30	39	0
Scamandrus: fluuius	55	15	41	0	C E r s y r i a				
Sigeū: promontorium	55	10	41	0	Carmelus: mons	66	20	32	30
Iliū q̄ et troia: ciuitas	55	30	41	0	Phtholemais: ciuitas	66	30	33	0
Tenedos: inſula	55	0	30	30	Jordanis: fluuius	67	40	32	30
Lesbos: inſula	55	0	40	0	Tyrus: ciuitas	67	0	33	20
Mitelenē: ciuitas	55	40	39	40	Sydon: ciuitas	67	0	33	30
Thracia: inſula	55	30	47	40	Libanus: mons	68	30	34	10
Thyus: inſula	55	20	38	20	Cassius: mons	8	30	35	20
Tha: mons	56	0	41	0	Damascus ciuitas	69	0	33	0
Thidue: ciuitas	56	15	36	0	C E r p a l e s t i n a : q u e e t				
Smirna: ciuitas	57	20	38	20	Judea dicitur				
Lazomene: ciuitas	57	0	38	30	Jopa: ciuitas	65	40	32	30
Lolophon: ciuitas	57	40	38	10	Azotus: ciuitas	65	15	31	30
Ephesus: ciuitas	57	40	37	40	Beſalon: ciuitas	65	0	31	40
Meander: fluuius	57	40	37	20	Sebaſta: ciuitas	65	40	32	30
Thinas: mons	57	30	38	30	Hierosolyma ciuitas	66	15	31	20
Pergamus: ciuitas	57	20	39	30	Asphaltus: lacus	66	30	31	10
Samus: inſula	37	0	37	20	Tiberiadis: lacus	67	15	32	1
Cous: inſula	57	0	36	20	C E r a s s y r i a				
Rhodus: inſula	57	20	35	20	Biniue: ciuitas	78	0	36	40
Emolue: mons	58	30	38	30	Babylon: ciuitas	79	0	35	0
Thical: mons	58	0	37	40	Thesiphō: ciuitas	80	0	35	0
Thilerns: ciuitas	58	0	37	0	Lambyses: fluuius	81	0	42	30
Thagnestor: ciuitas	58	40	39	10	C E r C a r m a n i a				
Philadelphia: ciuitas	59	0	38	30	Bactra: regia	116	0	41	0
Laodicia: ciuitas	59	30	38	40	Ortana: ciuitas	117	10	44	40
Antiochia: ciuitas	59	30	38	30	C E r i n d i a				
Cadmus: mons	59	40	38	30	Diagma: ciuitas	128	0	19	0
Phactolus: fluuius	59	0	39	20	Ganges fluuius	129	0	7	20
Hysa: ciuitas	59	0	38	15	Bagis primū hostiū	144	30	18	10
Hermus: fluuius	60	0	40	0	Secundū hostiū	145	40	18	40
Didimus: mons	61	0	40	40	Tertiū hostiū	146	30	18	40
Iconiū ciuitas	64	30	38	30	Quartū hostiū	147	30	18	30

b iij

finis huius Tabule.

Præcipua principia/ media atq; fines: tum in longitudinum/ tum latitudinum gradibus

	Longitudo			Latitudo			Longitudo			Latitudo			
	°	'	"	°	'	"	°	'	"	°	'	"	
Ex Europa: prouincie. Hibernia insula Britannica	7	13	18	62	59	57	Heræe	61	73	85	22	11	1
Albion insula							Ethiopia interior	10	45	80	12	14	16
Britannica	14	22	30	61	56	51	Ex Asia: prouincie.						
Hispania bætica	4	8	12	40	38	36	Pötus et Bithinia	55	56	62	43	41	40
Lusitania hispania	2	6	11	41	39	37	Asia minor	55	58	62	48	41	35
Tarraconë hispania	4	12	20	45	39	34	Licia	59	60	61	37	36	35
Celtogalatia aqtania	17	19	21	55	49	43	Galacia	61	63	65	44	41	38
Gallia lugdunensis	16	20	25	51	45	39	Pamphilia	61	62	64	38	36	35
Gallia belgica	22	25	29	54	49	45	Lapadocia	27	49	72	51	44	37
Gallia narbonësis	21	25	29	45	43	42	Armenia minor	65	68	71	42	39	37
Germania magna	27	36	46	59	52	45	Lilicia	64	66	69	38	37	36
Rechia	29	30	31	47	46	45	Sarmatia asiatica	64	75	87	55	50	45
Undelictia	32	33	34	47	46	45	Colchia	71	72	74	46	45	44
Moicum	34	35	37	49	47	45	Iberia	74	75	75	45	45	44
Pannonia superior	37	42	48	47	45	45	Albania	77	81	85	47	45	44
Pannonia inferior	41	43	45	47	44	42	Armenia maior	71	75	79	44	41	38
Illiria	35	42	49	45	39	34	Ciprus insula	64	61	67	36	34	33
Dalmatia	37	41	45	44	42	41	Syria	66	69	73	37	33	30
Italia	28	38	49	45	41	38	Palestia q; iudea	54	65	67	32	31	30
Cirrus insula	30	34	39	41	40	39	Arabia petraea	65	67	69	31	29	28
Sardinia	29	34	39	39	34	29	Mesopotamia	72	75	79	44	39	34
Sicilia	35	38	40	39	36	34	Arabia deserta	72	75	79	35	32	29
Sarmatia	47	59	72	68	54	41	Babilonia	38	59	80	35	32	30
Taurica	50	62	54	48	47	45	Assyria	75	79	83	39	37	35
Paides	43	44	45	48	47	45	Media	80	89	99	43	38	34
Daria	43	51	59	48	45	45	Susiana	80	84	88	38	34	30
India superior	45	47	49	44	43	42	Persis	85	89	94	35	32	29
India inferior	47	52	57	48	45	45	Partia	94	97	100	38	35	34
Thracia	51	53	56	44	42	41	Ircania	94	97	100	42	40	38
Chersonesus	54	0	55	41	0	41	Arabia felix	65	79	94	29	20	11
Macedonia	44	49	54	48	43	38	Carmania	94	99	104	29	23	18
Epirus	44	45	49	39	37	36	Margiana	101	103	106	47	47	39
Echaia	48	50	53	38	37	36	Bactriana	111	115	119	44	41	39
Euboiä insula	52	53	55	38	37	36	Sogdiana	117	120	124	45	43	41
Deloponesus	47	49	52	45	39	34	Scythia intra Imau montem	91	97	104	48	45	43
Creta insula	52	53	55	55	44	34	Scythia extra Imau montem	144	147	150	49	43	37
Ex Africa prouincie.							Serica	155	166	177	51	44	37
Mauritania tigiäica	6	41	76	35	30	26	Aria	102	106	111	38	35	33
Mauritania cesariënsis	11	18	26	36	31	26	Paropanisus	113	116	119	38	35	33
Africa minor	26	36	45	41	30	20	Drangiana	103	107	111	32	30	28
Numidia	20	33	45	38	32	26	Arachosia	112	115	118	32	30	28
Cirene	47	49	51	31	26	21	Gedrosia	105	111	118	28	22	17
Marmarica	51	58	65	39	31	23	India intra gangē	109	128	147	37	24	11
Egyptus mediterranea	52	58	65	31	27	23	India extra gägē	137	154	172	35	18	1
Abia interior	1	24	48	33	19	5	Aurea Chersonesus	145	157	169	9	5	2
Ethiopia sub egypto	59	70	82	22	11	1	Sinarum regio	175	177	180	26	14	2
							Laprobane insula	116	125	135	12	6	1

De Horizonte. Cap. quintum,

Horizon vero, est circulus diuidens inferius hemispherium a superiori. Unde appellatur horizon; id est terminator visus. Dicitur autem horizon circulus hemispherij. Est autem duplex horizon; rectus et obliquus. Rectum horizonta est spheram rectam habent illi/ quorum zenith est in equinoctiali. quia illorum horizon est circulus transiens per polos mundi diuidens equinoctiale ad angulos rectos sphaerales: vnde dicitur horizon rectus et sphaera recta. Obliquum horizonta siue decliuem habent illi/ quibus polus mundi eleuatur supra horizontem: quoniam illorum horizon intersecat equinoctialem ad angulos impares et obliquos: vnde dicitur horizon obliquus et sphaera obliqua siue decliuis. zenith autem capitis nostris semper est polus horizontis.



Unde ex his patet, quod ista est eleuatio poli mundi supra horizontem; tanta est distantia zenith ab equinoctiali. quod sic patet. Cum in quolibet die naturali vterque colurus bis iungatur meridiano; siue idem sit quod meridianus; quicquid de vno probatur/ et de reliquo. Sumatur, igitur, quarta pars coluri distinguentis solsticia, quae est ab equinoctiali vsque ad polum mundi. Sumatur, iterum, quarta pars eiusdem coluri, quae est a zenith vsque ad horizontem; cum zenith sit polus horizontis. Iste duo quartae cum sint quartae eiusdem circuli; inter se sunt aequales. Sed si ab equalibus equalia demantur, vel idem commune; residua erunt equalia. dempto igitur communi arcu, scilicet, qui est inter zenith et polum mundi; residua erunt equalia, scilicet eleuatio poli mundi supra horizontem/ et distantia zenith ab equinoctiali.


18 **H**orizon qui et finitor dicitur/ est sphaere circulus maior/ superius hemispherium ab inferiore diuidens. est enim is circulus/ in quem sub duobus consistentiis/ circumducentiumque oculos/ videtur obtutus deficere, qui et dicitur partem celi visam a non visa dirimere. Hemispherium/ dimidium sphaere nuncupamus.

19 **R**ectus horizon est horizon sub equatore habitantium; qui et sphaeram rectam habere dicuntur. Obliquus horizon est horizon ultra/ citraue equatorem habitantium/ vbi vniuersis morari contingat: qui et idem sphaeram decliuem/ pronam/ atque obliquam habere dicuntur. et omnium horizontium capitis vertex polus dicitur/ a finitore scilicet vniuersis/ omnibus ex parte equidistans. Latitudo locorum est interuallum/ atque distantia puncti verticalis loci ad equatorem. pro qua haec subditur regula.

Horizon
Horizon rectus et obliquus.

20 **Q**uanta est eleuatio poli mundi super horizontem; tanta est distantia puncti verticalis ad equatorem. quod perinde est, ac si dicatur, quanta est alicuius loci poli mundi eleuatio super horizontem/ tanta est eiusdem loci latitudo. quod hoc pacto demonstratur.

Est a b calter colurus nostro meridiano coniunctus, linea b equator, c punctus verticalis, d polus mundi, a e horizon: manifestum est arcum d e esse eleuationem poli super horizontem, quam dico esse equam arcui c b, qui est distantia puncti verticalis ad equatorem: nam arcus b d (qui est distantia equatoris ad polum mundi) est quarta pars circuli a b e: et similiter arcus c e distantia scilicet puncti verticalis ad horizontem/ quarta est eiusdem circuli a b e: nam punctus verticalis polus est horizontis. sunt igitur arcus b d et arcus c e quadrantes/ scilicet eiusdem circuli ad invicem equalis: quandoquidem quartae omnes eiusdem circuli ad invicem equantur, at arcus c d est pars primae quartae b d/ similiter quoque et idem arcus c d pars est secundae quartae c e: dempto ergo ab vtraque quartarum communi arcu c d; residua erunt equalia. nam proloquium/ dignitas/ est/ si ab equalibus equalia/ aut idem commune/ auferas/ residua esse equalia. sed dempto arcu c d/ ab quadrante b d/ relinquitur c b distantia a puncto verticali ad equatorem. et dempto eodem arcu c d/ ab secundo quadrante c e/ relinquitur d e eleuatio scilicet poli mundi super horizontem, equantur igitur ad invicem c b et d e/ distantia scilicet puncti verticalis ad equatorem/ et eleuatio poli mundi super horizontem. quanta est ergo eleuatio poli mundi super horizontem/ tanta est et distantia puncti verticalis ad equatorem, quae est et loci latitudo atque propositum.



quanta fuerit eleuatio poli super horizontem/ tanta est distantia zenith ab equatore.

De quattuor circulis minoribus. Cap. sextum.

Dictis de sex circulis maioribus/ dicendum est de quattuor minoribus. — **N**otandum igitur, quod sol existens in primo puncto caetri/ siue in puncto solsticii/ est ualidus/ et firmamentum

describit quendam circulum; q̄ ultimo descriptus est a sole ex parte poli arctici: Unde appellatur, circulus solsticij estivalis, ratione superius dicta. Vel tropicus estivalis, a tropos q̄b est conuersio, qz tūc sol incipit se cōuertere ad inferi⁹ hemispheriū et recedere a nobis. Sol iterum existens in primo pūcto capricorni siue solsticij hyemalis; raptu firmamenti describit quēdam circulum; qui ultimo describitur a sole ex parte poli antarctici: Unde appellatur, circulus solsticij hyemalis; siue tropicus hyemalis; quia tunc sol conuertit ad nos. Cū autem zodiacus declinet ab equinoctiali; et polus zodiaci declinabit a polo mundi. Cum igitur moueatur octaua spheræ; et zodiacus q̄ est pars octauæ spheræ; mouebit circa axem mundi; et polus zodiaci mouebitur circa polum mundi. Iste igitur circulus, quem describit polus zodiaci circa polum mundi arcticū; dicitur circulus arcticus. Ille vero circulus, quē describit alter polus zodiaci circa polum mundi antarcticū; dicitur circulus antarcticus. Quanta est etiā maxima solis declinatio scz ab equinoctiali; tāta est distantia poli mundi ad polū zodiaci, quod sic patet. Sumatur colurus distinguēs solsticia; qui transit p polos mundi; et per polos zodiaci. Cum igitur omnes quartæ vnius et eiusdem circuli inter se sint equalēs; quarta hui⁹ coluri, quē est ab equinoctiali vsq; ad polum mundi; erit equalis quartæ eiusdem coluri, quē est a primo pūcto cancri vsq; ad polum zodiaci. Igitur, ab illis equalibus dempto cōmuni arcu; qui est a primo pūcto cancri vsq; ad polū mundi; residua erūt equalia, scz maxima solis declinatio; et distantia poli mundi ad polum zodiaci. Cum autē circulus arcticus, secundū quālibet sui partem, eque distet a polo mundi; patet, q̄ illa pars coluri q̄ est inter primū pūctum cancri et circulum arcticū, fere est dupla; ad maximā solis declinationem, siue ad arcū eiusdem coluri, qui intercipitur inter circulum arcticum et polum mundi arcticum: qui etiā arcus equalis est maxime solis declinationi. Cum enim colurus iste, sicut alij circuli in spherā, sit 360 gradūū; quarta eius erit 90 graduum. Cum igitur maxima solis declinatio, secundum Ptholomeum, sit 23 graduum et 51 minutorum; et tondē graduum sit arcus, qui est inter circulum arcticum; et polum mundi arcticum: si ista duo simul iuncta, quē fere faciunt 48 gradus, subtrahantur a 90; residuum erūt 42 grad; quātus est arcus coluri, qui est inter primum punctum cancri; et circulum arcticum. et sic patet q̄ ille arcus fere duplus est ad maximam solis declinationem.

360⁹ grad⁹

21 Tropicus cancri, est circulus minor; quem sol in principio cancri existens; ad motum primi mobilis describit, qui et solsticiū estiuū dicitur. Tropicus capricorni, est circulus minor; quem sol in principio capricorni tenēs; ad motum primi mobilis describit, quē et circulum hyemū dicitur.

22 Circulus arcticus, est circulus minor; quem pol⁹ zodiaci ad motū pmi mobilis circa polū mundi arcticū describit. Circulus antarcticus, est circulus minor; quem alter pol⁹ zodiaci circa polū mundi antarcticū circinat et describit. Polū zodiaci, pūctū vnde cūq; eclipyticę equidistantē nūcupam⁹. sūt enī poli zodiaci; axis eclipyticę extremitates. Et pro distantia poli zodiaci a polo mundi cognoscenda; hec subditur regula.

Quanta est maxima solis declinatio; tāta est distantia poli zodiaci a polo mundi. Quē hoc pacto demonstratur.


Sit circulus a b d colurus solsticiozum; qui ex diffinitione per polos zodiaci pariter et polos mudi trāsit; et sit linea a e eclipytica; et linea b equator; et pūctus c polus zodiaci; d vero polus mudi. dico ergo, arcū c d; qui est distantia poli zodiaci a polo mundi; sequi esse arcū b a; qui est maxima solis declinatio. Nam arcus a c est quarta pars circuli a b d, est enī c polus eclipyticę a; sed et arcus b d est quarta eiusdē circuli; igit q̄rtē a c et b d adinuicē equant; et arcus b c est pars quartæ a c, itidem et pars quartæ b d. dempto igit a duab⁹ quartis a c et b d eodē cōmuni arcu; qui est b c; residua per cōceptionem erunt equalia. at dempto arcu b c ab arcu a c; relinquitur b a; et dempto eodē arcu b c ab arcu b d; relinquitur c d. equatur igitur relicta adinuicem c d et b a; quę sunt distantia poli zodiaci a polo mundi, et maxima solis declinatio; quod est propositum.

24 Ex his quoq; et determinatis in precedēte commento; distantias tum in celo; tum in terra cognoscere promptū est. Ut esto a d k colurus solsticiozum; et linea a h horizon; linea b circulus huius; c equator; d solsticiū estiuū; e vertex capiti; f punctus circuli borei; puncto verticali vicinior; g polus mundi; h punctus circuli borei; a verticali puncto remotissimus.

Tropicus {
Cancris
Capricorni
Circulus arcticus; et antarcticus circulus.

Quanta est maxima solis declinatio; tāta est distantia poli zodiaci a polo mundi.

Ex his ita ualla spaciave celi terręq; cōprehendere.



Partial text from the adjacent page, including a table of numbers and some illegible text.

10	10
20	20
30	30
40	40
50	50
60	60
70	70
80	80
90	90
100	100

- 1 Ad cognoscendā ergo alicuius loci notę latitudinis citra equatorem ad circulum estiuum sitū distantiam horisōris ad punctum circuli borei sibi vicinior: vt arcū k h: subtrahē ab arcu g k: (qui equatur per regulam precedentis capituli latitudini loci) arcum g h: qui equus est maxime solis declinationi a ptholomeo diffinitę 23 graduum et 51 minutorum, et remanet distantia petita.
- 2 Ad cognoscendam eleuationem poli mūdi super horisonta eiusdem loci, vt arcum g k: quęre loci illius cuiuscunq; per tabulam quarto capiti adiectam latitudinem, et per regulam precedentis capituli habes tuam eleuationem. equatur enim latitudo semper polari eleuationi.
- 3 Ad cognoscendā maximā eleuationē circuli arctici super horisontem, vt arcum f k adde arcui g k eleuationi scz poli mūdi super horisonta: arcū f g q̄ equat maxime solis declinationi: et habes petitū.
- 4 Ad cognoscendam distantiam puncti verticalis ad horisonta, vt arcū e h partire 360 circuli numerum per 4/et proueniet 90 scz interuallum verticis capituli et finitoris.
- 5 Ad cognoscendam distantiam horisontis ad circulum estiuum, et eadem parte quę est arcus d k: adijce arcu d h qui est quarta circuli 290 graduum / arcum h k prius cognitum: et habes interuallum inter horisonta / chelasq; eadem ex parte interceptum.
- 6 Ad cognoscendam distantiam horisontis eadem ex parte ad equatorem, id est a arcum c k: adde arcu d k proxime inuento / maximam solis declinationem: et interuallum proueniet petitum.
- 7 Ad cognoscendā maximā distantia horisontis ad circulū bꝛume, hoc est arcū b h maxime distantie horisontis ad equatorem nūc inuenit; adijce iterū maximā solis declinationē, vt arcū b a et habes petitum. Arcus enī a h interualli horisontis ad horisontē / notus est: nā circuli medietas que est 180 gradus. et hoc pacto cape distantias ab h polo (scilicet zodiaci ipsū ad g ad f ad e ad d ad c ad b ad a cōparando: et hunc in modū de ceteris punctis; et cognosces prōptissime oēs gradus et minuta distantiar in celo: quibus quidē cū similia in terris respōdeāt gradus et minuta interuallorum terre facillime dimosces. Et ad latitudinē parisiā hōꝝ interuallorū formulā subiunxit / eiusmodi distantiarū locorū solis superioris figure litteris vsq; vt l h p eleuatione poli eclipticę sup horisontē / et l g p eleuatione poli mundit et hoc pacto de reliquis, et horū interuallorū distantiarūq; cognoscendarū promptitudo nō paruum ad cosmographiam ptholomei et Geographiam Strabonis habet momentum.

Distā.	AB	Distā.	AB	Distātie	AB	Ad latitudinem
kh	24 90	bc	113 51	fb	89 51	
kc	48 00	hb	137 42	fa	108 90	
kf	71 51	ha	155 51	ed	24 90	
ke	90 00	gf	23 51	ec	48 00	
kd	114 90	ge	42 00	eb	71 51	
kc	138 00	gd	66 90	ea	90	
kb	151 51	gc	90 00	dc	23 51	
ka	180 00	gb	113 51	db	47 42	
kg	23 51	ga	132 00	da	65 51	
kf	47 42	fe	18 90	cb	23 51	
ke	65 51	fd	42 18	ca	42 00	
kd	90 00	fc	66	ba	18 90	

25 Aduerte pretereā distātiā prime a circulo boreo ad circulū cancri (quę est arcus f d) iueniri, subducdo maximā solis declinationē, et distātiā circuli borei a cardine mūdi; quę eidē maxime declinationi equatur; scz c d et f g; ab quarta circuli scz 90 gradibus: at maxima solis declinatio, q̄ est a ptholomeo scripta / gradus 23 et minuta 51; duplata gradus cōstat 47 et minuta 42: subductis itaq; a 90 gradibus eiusmodi geminate distātie gradib⁹ 47 et minutis 42; relinquūtur gradus 42 et minuta 28, proxima scilicet distātia circuli borei ad cancrum, q̄ (vt notat auctoz) fere dupla est ad maximā solis declinationem: fere non ab re adiectum est; quia caminor est duplo maxime declinationis; quāto 47 gradus et 42 minuta superant 42 gradus et 18 minuta, scilicet 25 gradib⁹ et 24 minutis: neq; auctoz exactam pzo introductionis officio curauit ponere numerationem.

26 Ad demum animaduersione nō est indignum; non omnino verum esse maximā solis declinationem gradus 23 minuta 51 constāter seruari; propter motū inclinationis octaui circuli; quem motum sol insequitur; scz in definita determinandaq; maxime declinationis quātitate sequitur est alpha-ganum, et ille ptholomeum, cui nondum octaui circuli inclinationis motus, quem accessum / recessūq; vocant, satis exploratus euaserat, quod ex theoreticis fidelius requirere licebit.

De quinque zonis. Cap. septimum.

Quinocctialis / cū quattuor circulis minorib⁹ dicuntur quinque paralleli, quasi eque distantes non quia tertium primus distat a secundo / tantū secundus distet a tertio, quia hoc falsum est, sicut iam paruit; sed quia quilibet duo circuli simul iuncti / secundum quālibet sui partē / eā distāt ab inuicē: et dicūtur; parallelus equinocctialis; parallel⁹ solstici; estualis; parallelus solstici; hꝛemalis; parallelus arcticus; et parallelus antarcticus.

Quo pacto distātia circuli borei a circulo cancri aliter inuestigari potest.

Non oīo vey eē / maxiaz sol' declina-
tio 23 / grad. 23. 7 minuta. 51.

Notandum etiā, quod quattuor paralleli minores, scilicet duo tropici, et paralleli arcticus et antarcticus, distinguunt in celo quinque zonas, siue regiones, vnde Clirgili i geor, Quinque tenent eglum zone, quarum vna coarctata, Semper sole rubens, et torrida semper ab igni.

Distinguuntur etiam totidem plage in terra, directe predictis zonis suppositae, vnde Ouidius in primo metamorphoseos.

Totidemque plage tellure premuntur,
Quarum que media est, non est habitabilis est,
Rix tegit alta duas; totidem inter vtrasque locauit,
Temperiemque dedit, mixta cum frigore flamma.


Illa igitur zona, que est inter duos tropicos, dicitur inhabitabilis; propter calorem solis discurrētis semper inter tropicos. Similiter plaga terre illi directe supposita, dicitur inhabitabilis; propter calorem solis discurrentis super illam. Ille vero due zone, que circumscribuntur a circulo arctico et circulo antarctico, circa polos mundi, inhabitabiles sunt, propter nimiam frigiditatem, quia sol ab eis maxime remouetur. Similiter intelligendum est de plagis terre illis directe suppositis. Ille autem due zone, quarum vna est inter tropicum estiualem, et circulum arcticum; et reliqua, que est inter tropicum hyemalem et circulum antarcticum; habitabiles sunt et temperate, caliditate torridae zone existente inter tropicos; et frigiditate zonarum extremarum, que sunt circa polos mundi. Idem intellige de plagis terre illis directe suppositis.

Paralellus circulus

Quinque zonarum celestium declaratio

Liber III.

Paralellus circulus est, qui quoquo versus sit, ex parte alteri circulo equidistat: vt circulus arcticus paralellus est circulo cancri/equatori/circulo brume/et antarctico. Et sunt quinque paralleli in sphaera signati: qui sunt circulus arcticus/circulus cancri/equator/circulus capricorni/et circulus antarcticus: quarum quattuor minores/arcticus/cancri/capricorni/et antarcticus/distinguntur duobus



Est ergo adiecte figura A. polus mundi. b. et c. circulus boreus. d. e. circulus cancri. f. g. circulus brume. h. l. circulus antarcticus. l. vero polus notius atque astronoticus. Erit prima zona scilicet borea/arcticaque totum inter b. a. c. interceptum spacium: que continuo frigore rigens inhabitata est: secunda erit totum inter b. c. et d. e. interceptum spacium: temperata atque habitabilis: tertia erit totum inter d. e. et f. g. interceptum spacium: feruore male segetis habitabilis. sol enim illic secundum lineam g. d. que nobis eclipticam designat, assidua volubilitate gyros ducentis suo feruore ea reddit inhabitata: quarta est totum inter f. g. et h. l. interceptum spacium: temperata atque habitabilis: si squarum vastitas/et altera celi facies id impune sinat. quinta est totum inter h. l. l. interclusum spacium: frigore semper horrens/atque inhabitata. Et cum dicimus aliquam celi zonam aut habitata: aut inhabitata: hanc denominationem simili zona terre illi celesti plage subiecte intelligi volumus. Et cum habitata: aut habitabile dicimus: bene et facile habitabilem: cum autem inhabitata: inhabitabilem: et egre/difficile habitabilem intelligimus. sunt enim qui exustam torridamque zonam nunc habitant multi. Et hee quinque zone sumpta sphaera facile conspiciuntur. Cetera autem littere intellectui perua sunt.

Introductorij Astronomici de sphaera secundi finis.

Tertius liber de ortu et occasu signorum: de diuersitate dierum et noctium/ et de diuersitate climatum: et primo de ortu et occasu Cosmico/Chronico/et heliaco, hoc est mundiali/temporalis et solari. Cap. primum.

Signorum autem ortus et occasus dupliciter accipitur, quoniam quantum ad poetas, et quantum ad Astronomos. Est igitur ortus et occasus signorum/quo ad poetas triplex, scilicet cosmicus, chronicus, et heliacus. Cosmicus enim ortus siue mundanus est, quando signum vel stella supra horizontem ex parte orientis de die ascendit. Et licet in qualibet die artificiali sex signa sic orientur, tamen antonomasice signum illud dicitur cosmice orientur, quo et in quo sol mane orientur: Et hic ortus proprius et principalis et quotidianus dicitur. De hoc ortu exemplum in georgicis habetur, vbi docetur satio fabarum et milij in vere, sole existente in tauro sic. Candidus auratis aperit cum cornibus annu Taurus, et aduerso cedens canis occidit astro. Occasus vero cosmicus est, respectu oppositiōis, scilicet quando sol orientur cum aliquo signo, cuius signi oppositum occidit cosmice. De hoc occasu dicitur in Geor-